ancibus et suo positivo. ut achilles fuit fortissimus
grecorum. vel achilles fuit fortissimus. id est valde fortis.
Superlativorum quedam veniunt a nominibus secunde declinationis
quedam a tertie. Que veniunt a nominibus secunde. formantur
a genitivo singulari addita .s. et simus. ut dacti. ti. fit dac
tissimus. Preter ista bonus malus. magnus parvus multus
nummificus et magnificus. que irregulariter comparantur. Et
preter desinentia in r. que assumunt rimus. ut tener tenerrimus
Et preter similes que faciunt dexterrimus et sinisterrimus. maturus
quod facit maturrimus. prosperus vero facit medioxi(mus) secundum
quosdam. Que veniunt a nominibus tertie formantur a genitivo singulari
addita simus ~~...~~ tis. ut fortis. fit fortissimus.
Preter vetus quod facit veterrimus. et preter desinentia in r.
que assumunt rimus. ut saluber saluberrimus. et preter
ista .v. que faciunt in limus. ut facilis. facillimus
agilis agillimus. gracilis. gracillimus humilis
humillimus. similis simillimus. Ipsa in limus dat fagur
Diminutivum nomen est illud quod absolute Terca lineque.
sui primitivi absolute demonstrat ut homuncio
id est parvus homo. Denominativum nomen est illud quod a nomine sui primitivi
denominativum est sic. et non ab aliqua speciali sui significatione.
ut iustus a iusticia. Verbale nomen est illud quod a verbo
derivatur ut ab amo as. derivatur amor amoris.
Adverbiale nomen est illud quod ab adverbio derivatur ut
a cras crastinus. Participiale nomen est illud quod a par
ticipio derivatur ut ab indulgens. indulgentia.
Quoniam studium gramatice circa constructiones
precipue versatur ideo quedam de constructione ad
instructionem rudium sub compendio videamus. Vi
dendum est quid sit constructio. Constructio est congrua